Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

domum Aaron Benedicat omnibus qui
timent dominum: pusillis cum maioribus
Adiciat dominus super vos: super vos et super
filios vestros Benedicti vos domino: qui
fecit celum et terram Celum celi domino:
terram autem dedit filijs hominum Non
mortui laudabunt te domine: neque omnes
qui descendunt in infernum Sed nos qui
viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc
et vsque in
seculum
Antiph.
114
Dilexi quo
niam ex
audiet dominus: vocem meam. Quoniam
vocem orationis mee Quia inclinauit
aurem suam mihi: et in diebus meis in
vocabo Circumdederunt me dolores
mortis: pericula inferni inuenerunt me
Tribulationem et dolorem inuenimus: et no